

45.
1615.

**CATALOGUS
LECTIONUM
PUBLICARUM**

ET

PRIVATARUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

**SINGULIS DNN. PROFESSORIBUS
PER PROXIMUM ÆSTIVUM à FESTO PASCHATOS
AD FESTUM MICHAELIS TRACTANDARUM.**



R O S T O C H I I ,

**Typis Joh. Weppliner, SER. RRINC. & Acad. Typogr;
ANNO M. DCC. IX.**

FACULTAS THEOLOGICA.

JO. FECHT, D. absoluto his diebus per DEI gratiam Indifferentis Religionis Examine: posthæc, quousque vita viresque superfuert, occupabitur in expendendo consensu & dissensu religionum, in Romano Imperio receptarum, fundamentali vel non fundamentali, earumque vel politicâ vel Ecclesiasticâ tolerantia. Quâ occasione considerabitur: An omnes religiones juxta Indifferentistas in fundamento conveniant? An conveniant juxta D. Calixtum, ejusque sectarios, tres principales in Europâ religiones? An ad minimum juxta vulgares Syncretistas religio Lutherana & Calviniana? Ea imprimis, quæ principiis in Marchiâ Francofurtanis est superstructa? An & quousque fundamentum vel attingat vel convellat religio Fanatica vel Pietistica? In quos se ramos hæc ipsa hodie diffundat? An & quæ & quousque tolerari possit? An quisquam Academicorum Theologorum, id nominis sine fūco sustinere cupiens, ad hæc universa sub moderationis schemate hodie filere, silentioque adeo suo prodere veritatem & perfidiæ reus fieri possit? An possit Theologiæ cultor salvâ conscientia abstrahere à Pietisticis doctrinis? Quæ singula quem usum in hodiernum Ecclesiæ nostræ statum diffundant, nemini obscurum esse potest. Privatum denuò, si vixerit, operam dabit Collegio, quod jamdiu in orbem rediit, per universam Theologiam examinatorio, Disputationibus item, cum publicis, quarum superiore anno septem ipso præside habita sunt, tum domesticis.

JOH. NICOL. QVISTORPIUS, D. anno præterito, divina succurrente gratia, quæ prælegenda promissit, nec non disputationes in articulos Smalcaldicos & Form. Concord. strictè sic dictam absolvit. In instanti anno bono cum Deo (cujus opem quam maximè implorat, nec sibi defuturam sperat) Historiam

storiā Ecclesiasticā, in qvā jam à condito Mundo ad seculum à Nativ. Christi IV. usqve pervenit publicè ab horā III. in IV. proponet. Velitationibus privatis Theses suas per universā Theologiam olim datas pro ratione præsentiū controversiarum hodie auctas substernet, atqve in juvandis studiis tam theticiis, qvā Pōlemicis, historicis, moralibus, voto Auditorum, (qvousqve officia sua cætera concedent) se accommodabit. Nec illis deerit, qui disputationes publicas desiderant, vel qvibus & themata proprio Marte elaborata Cathedræ inferre libebit.

JOH. PETR. GRUENENBERGIUS, D. in Lēctionibus suis *Publicis* continuabit *Jeremiam* Prophetā, eumqve ex ipsis Textus sacri medullis declarare perget, donec eum, V. D. integrum absolvat. *Privatas* Lēctiones suas ex constitutō absolvit his diebus: & cum præterea *privatissimas* singulis diebus tres qvatuorve horas seorsim sibi habeat præfixas, nihilominus inter has cœterasqve suas occupationes Consistoriales æq ac Ecclesiasticas lubentissimè Omnibus operam suā privatim desiderantibus inserviet, nihil eqvidem Lēctionum oblaturus, at nihil tamen etiam, quousqve tempora ac Vires permiserint, denegaturus. Publicè legit horā X. ad XI.

ZACHARIAS GRAPIUS, Theol. D. & P. P. Ordin. DEO Vires animi corporisque largiente, in lēctionibus publicis Hora IX. Matutin. habendis, Theologiam Moralem Jsaianā continuabit, & quidem absoluta jam materiā illā de Sanctitate & perfectione Morali, instanti hoc anno de principis actionum Moralium differet. In Collegiis privatis Jsaïogen aliquā Bibliā in libros Historicos V. T. communicabit ad instar Isagoges illius in N. T. ante aliquot annos absolutæ, item & Examina sua Theologica Recentioresq; Controversias continuabit. Perget etiam in Disputationibus supra Theologiam Pōlemicā B. Dn. L. Rhaw, in qua absoluta Protheoria & Theologia stricte

)(

æc

Et sic dicta, nunc Christologia sequetur. Et Bibliothecam suam Auditoribus suis aperiet; inq; eâ de variis curiosis differendi materiam elegantiorum literarum amatoribus præbebit. Neq; in aliis adhuc exercitiis Theologicis tam privatis quam privatissimis, deerit Clarissimorum suorum DNN Auditorum desideriis.

HENRICUS ASCANIUS Engelsten/ D., absolutis illis, in quibus proponendis adhuc occupatur, Prælectionibus, D. J., studiolarum juventutis commoda ulterius promovere omnibus modis allaborabit. Publicè nimirum hora II. pomer. *Theologiam Thetico-symbolicam* brevissimâ ratione ad ductû *Compendii Mengweini* tradere meditatur. Privatim *Königium* more consuetò, discursu, dictatis atque examine illustrabit. *Collegium* in integros orthodoxæ ecclesiæ libros *symbolicos*, intra annum absolvendum, de novo aperiet, eâ scil. methodo, ut notæ in Augustanam Confessionem ejusque Apologiam breviores quam hoc anno certis ex causis est factum, exhibeantur, atq; sic ad cæteros libros explicandos longius supersit temporis spatium. Sicut verò *S. Bibliorum* curam non negliget; ita & in *disputando* Opponentibus pariter ac Respondentibus exercebit. Publica deniq; disputandi exercitia, D. J., non minùs, quàm privatissimâ eorû, quibus opera ipsius hac ratione uti placet, institutionem, diligenter continuabit.

D. ALBERTUS JOACHIMUS KRAKEVITZ, hora VIII. publice exponet totius anni *Evangelia Festivalia*, ita ut juxta regulas Hermenevticas genuinum Sp. S. sensum inquirat, eundem ex antiquitate illustret, textum sacrum juxta præcepta homiletica disponat, commoda Exordia suppeditet & deniq; porismata tam homogenea quam heterogenea extrahat. *Privatim* eadem methodo enucleabit totius anni *Evangelia Dominicalia*. *Collegium*, quod hætenus in *universam Scripturam S. tam Vis quam Ni Tri* aperuit, in quo versio Lutheri juxta fontem examinatur,

tur, difficiliora explicantur, Contradictoria conciliantur, dubia Chronologica & Genealogica nec non topographica resolvuntur, & multifarius in Theologia thetica, polemica, morali & casuali usus ostenditur, denuo ordietur, & si Deus vitam viresque gratiole concefferit, quàm plurimis observationibus auctius promittit. Paratus insuper erit cum *Instructiōe quadam Pastoralī*, in qua informationem dabit, quomodo futurus Ecclesiæ Minister in omnibus & singulis officii partibus decenter se gerere debeat. Qui ipsa Theologiæ fundamenta addiscere cupiunt, illis gratificabitur *Collegio Thetico-Antithetico in Theol. Positivam Königii*. Præterea privatim examinare constituit *Johannis Henrici Reitzii* librum, cujus titulus: *Süßbild der heylsahmen Worte* / & ex eodem *Pietistica* refutabit *Dogmata*, secretis studiole illis, quæ fidei analogiæ sunt conformia. Denique non solum continuabit privatum, quod haud ita pridem incepit, *Collegium Disputatorium in Theologiam symbolicam* hodiernis Fanaticis, Indifferentistis & Pietistis maxime contrariam, sed & nova subinde meditabitur exercitia disputatoria privata, neque publice disputando Cathedram deferet, si Respondentes adfuerint, quemadmodum in Disputatione Circulari ceptum in Historia Passionali cursum persequetur.

FACULTAS JURIDICA.

JOHANNES KLEIN, Serenissimi Ducis Mecklenb. Regentis Consiliarius intimus, Cancellariæ Justitiæ, & Consistorii Ducalis Director, D. Strykii Tractatum de Actionibus Forensibus investigandis exponeret, sed cum ob absentiam impediatur, ejus loco prædictum Tractatum explicabit C. M. Müller. D.

MATTHIAS Stein/D. & P.P. Exercitationes Disputatorias publicas, nec non jam privatim cœptum universum juris cursum auxiliante Deo continuabit; insuper titulum ultimum ff. *De Divers Regul. jur. antiq.* publice exponet,

) (3

JOH.

JOH. JOACH. Schöpffer D. publicè materiam successio-
nis ab intestato ; privatim verò Instit. Digesta & Dn. Schwe-
deri jus publicum, Deo clementissimè annuente, pertractabit.

CASP. MATTH. Müller/D. In Lektionibus Publicis ex-
ponet D. Strykii Examen Juris Feudalis, privatim verò in Col-
legiis Lectoriis & examinatoriis perget.

FACULTAS MEDICA.

JOH. ERNESTUS SCHAPER D. tractet publicè doctri-
nam de Febribus earumq; curationes. Privatim verò continuabit
in Medicis Collegiis Lectoriis & examinatoriis secundum con-
suetam & hætenus utilem methodum. Physicam quoque Theore-
ticam ad recentiorū mentem accommodarā desiderantibus expo-
net, & collegium Physicum Experimentale & Curiosum juxta
demonstrationes suas in gratiam Auditorum editas variis
novis experimentis augendas habebit.

GEORGIUS DETHARDING D. Annuente DEO, Publice
in exponendis Regulis Diæteticis ad normam Temperamento-
rum instituendis porro erit sedulus: juncta nunc svavi & facili
morborum obviorum diagnosi ac Therapeia. Privatim sua stu-
dia Philiatris nunquam non constabunt paratissima.

WILH. DAVID. HABERMAN. D. Publice Problemata
Medico Physica selecta tractabit. Privatim vero explicabit
Methodum investigandi per Mathesin annos diesque Criticos
h. e. tempora quibus principium vitale Hominis, vel contra ma-
teriam morbificam cum vigore insurgit, sanitatisque confir-
mationem & restaurationem intendit; vel cum lassitudine &
timore morus suos vitales languide efficit vel omittit, & in
morbos mortemque prolabitur.

FACULTAS PHILOSOPHICA.

Cum Senectus ipsa morbus sit, & insuper varia eaque gra-
vissima

vissima symptomata Vires corporis superiori anno apprime debilitaverint, hinc vix promissis stare, & unam alteramve lectionem absolvere potui. Jam autem DN. Auditor. recipio, hōc anno, Deo gratiam & vires largiente, diligentius neglecta me refarturum esse. Disputationes Circulares C. D. continuare mihi animus est. In privatis Lectionibus studia mea offero discupientibus. **CHRISTIANUS HILDEBRANDT**, Log. Prof. Ducal: Ordin. Publ. & totius Universit. Senior.

HENR. CHRIST. Ziesche / D. & Eloqv. P. P. Ord. ea quæ in Variatione Thematum Oratori usui esse possunt publicis Lectionibus tractabit, nec non ope Lectionum privatarum desideratis Dominorum Studiosorum assurget.

JACOBUS Burgmann / Græc. Lit. P. P. O. in publicis per annum sequentem horis, divinō fretus auxilio, enucleandam sibi proposuit quandam Div. Pauli Epistolam pro lubitu DNN. Auditorum eligendam, cujus pertractationem faciliore persequetur Methodo, nihilque eorum omittet, quæ ad Linguæ hujus utilissimæ cognitionem acquirendam ullâ ratione facere poterunt. Privatam quoque operam suam Nobiliss. DNN: Studiosis tum in hoc literaturæ genere ulterius excolendo, tum in aliō veletiam in disciplinis quibusdam Philologicis proponendis lubens accommodabit.

M. PETRUS BECKER. Mathem. Prof. Publ. Ord. occasione macularum Anno jam elapso 1708. Rostochii in Solē bis observatarum, hanc ipsam de maculis solaribus doctrinam Astronomiæ cultoribus, qua fieri potest brevitate & perspicuitate, publicè est propositurus; adjectis simul aliis notabilioribus præstantissimi hujus Luminaris phænomenis. Privatum vero, ut desiderio nonnullorum jam tandem satisfiat, totius Matheseos cursum, annuo spatio per Dei gratiam absolvendum, Philo-

**Philo-Mathematicis offert, mánuductionē succinctam Excel-
lentissimi Sturmii explicaturus.**

J H. SIBRAND, Phil. & U. J. D. Moral. Prof. Publ. Ordin.
Facult. Philol. h. t. Decan. in Prælectionibus *Publicis*, meditati-
ones Morales in Epicteti Enchiridion promittit: *Privatas* quoq;
lectiones tam Ethicas, quam Politicas continuaturus.

CAROLUS ARNDIUS, Lingv. Hebr. & Catech. Christ.
Prof. Ord. Duc. in lectionibus publicis & quidem hora Professioni
dicata np. octava ad nonam eâq; matutina explicabit *Corn. Bonav.*
BERTRAMI libellum de *Repubblica Hebraorum*, brevissimum qui-
dem sed tamen nervosissimum Compendium Sacrarum V. T.
Antiquitatum ad intelligendam rite & explicandam Scripturam
S. V. T. egregiè conducentium. In privatis lectionibus funda-
menta docebit Lingvæ Sanctæ, tam quoad Analysin Gramma-
ticam, quàm quoad Accentuationem Exegeticam, ad nor-
mam *Tabularum Harmonicarum*, quæ ex optimis Scri-
ptis tam Grammaticis quàm Exegeticis Scriptorum in
Hebreis optimorum *Wasmuthi*, *Opitii*, *Buxtorffii*, *Schickardi*,
Hardtii, *Michaelis*, summo cum studio composuit & publicæ
luci exposuit. Docebit etiam fundamenta Gatecheseos Chri-
stianæ & in Theoria & in Praxi necessaria, ad normam *Instituti-*
onum Catecheticarum B. DIETERICI in variis Academiis etiam hac
ita receptarum, ut ad illarum, tanquàm verè aurearum ductum
prælectiones instituantur.

